dabit inquit deo placacionem suam; Id est nullas uirtutes
nullas graciarum acciones uel aliquarum ostiarum
laudes inueniet quas diuinę pietati que nostra redempcio
ne tam excellenter uoluit humiliari et gratuito morti subici
cubi possit rependi; Huic itaque misericordissime pietati nihil
dignum ab aliquo sanctorum quamuis perfectissimo ęque potest re-
compensari; Quod considerans alibi propheta dicebat; Quid retri-
buam domino pro omnibus que retribuit mihi; Et laborabit in eter-
num. s. Ille iustus id est ęternum premium pro laboribus et afflictio-
nibus quibus in presenti carnem macerat et semet ipsum ostiam deo
immolat se percepturum confidit. Ille enim in eternum laborat
qui non humani fauoris auram expetit sed perpetuali lauro insig-
niri post ancxitam querit; Et uiuet in finem; Qui a in eter-
num laborauit morti secunda morte que pessima est non ualebit
quin et iam tunc corpus melioris statu fiet; Non uidebit interitum
id est non excipitur mortem ęternam iustus; Cum uiderit sapi-
entes morientes: id est cum uidebit in die iudicii sapientes et filo-
sophos seculi dampnari qui nullas gracias egerunt conditori;
Hoc quidem cassiodorus; ceterum beatus geronimus de repro-
bis interpretatur dei sui delicet qui in uirtute sua confidunt; Il-
le inquit talis qui in xpo redempcionem humani generis imple-
tam non credit; Non dabit deo placationem suam. i. non aget peni-
tenciam; tunc namque illi digna placacio datur, quando uera
poenitencia agitur; Et precium redempcionis animę suę. s.
non dabit deo. i. non faciet elemosinas quibus peccata sua redimat;
Et laborabit in eternum. i. eterna tormenta pacietur; Et uiuet
adhuc in finem que uita omni morte deterior erit; Viuet enim